

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1191 - 1192

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

de Althewilre, C[unrado]^a de Utelenbruchen, H[ugone] de Fribure, F[riderico] de Entringen, H. decano de Honaugia cum omnibus fratribus suis.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4209 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.

130. *Kaiser Heinrich VI nimmt von den Gütern, die er dem Bisthum Straßburg und der Kirche der heiligen Maria daselbst gegeben (1191 April 17 im Lager zwischen Rom und Frascati), das Kloster Erstein als unveräußerliches Reichsgut zurück, hält jedoch die Schenkung seines Allods Mittersheim sowie der beiden Hofstätten zu Straßburg und Molsheim aufrecht. 1192 März 4 Hagenau.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. regnorum apices suis gloriosius attendentes clarescere preconiiis, si regum animos fervor accedat karitatis, ex officio imperialis magnificencie nostre ac munificencie dextram salubriter decrevimus ecclesiarum porrigere incrementis. noverit itaque omnium imperii fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos pro remedio animarum serenissimi patris nostri domni Friderici felicis memorie gloriosi Romanorum imperatoris augusti ac progenetricis nostre bone recordationis domne Beatricis illustrissime Romanorum imperatricis necnon dilecti fratris nostri pie recordationis Friderici illustris Suevorum ducis¹ atque omnium parentum nostrorum ac favore dilecti nobis Cunradi Argentinensis episcopi, qui nostris ac imperii fideliter ac devote insudavit obsequiis, ecclesie sancte Marie in Argentina et episcopatu claustrum de Erstein cum ministerialibus et universis pertinentiis ejus, sicut ad imperium spectare dinoscitur, et allodium nostrum speciale Milzeche in Metensi episcopatu situm² jure donavimus proprietatis et perpetuo volentes, ut jam dictus episcopus et omnes ejus successores predictam abbatiam et allodium cum omnibus pertinentiis eorum, terris videlicet cultis et incultis, montibus, planiciebus, agris, pascuis, aquis aquarumque decursibus, omnibus fructibus et commodis exinde provenientibus libere et absolute percipiant et quiete possideant, areas quoque duas, unam in Argentina, quam Burkardus vicedominus edificavit, atque alteram in Molleshaim, que fuit Ottonis quondam sculteti, simul cum earum edificiis, propter predictas causas prefato episcopatu et ecclesie eodem jure contulimus. hanc autem nostre majestatis donationem fecimus in campestribus inter urbem et Tusculanum, presentibus Godefrido Aquilejensi patriarcha³, Philippo Coloniensi archiepiscopo⁴, Ottone Bambergensi episcopo⁵,

a) Von C[unrado] bis zum Schluß mit anderer Diate, aber von der gleichen Hand wie das Uebrige geschrieben.

¹ Herzog Friedrich V von Schwaben, 1167—1191.

² Identisch mit dem in der Urkunde Kaiser Ottos II erwähnten fiscus Milcei. s. nr. 44.

³ Gottfried Patriarch von Aquileja, 1182—1194.

⁴ Philipp von Heinsberg Erzbischof von Cöln, 1167—1191.

⁵ Otto II von Andechs Bischof von Bamberg, 1177—1196.